a piligrinio pataviensi pontifice ab in
cepto revocatus est opere. Nolebat enim
pontifex tantum colonum in silice sterili
expendere laborem. Cumque ab eo revocaretur
animique hilaritate studio suscepisset. apud
illum rogatus commorabatur aliquantis diebus.
Cuius commorationis tempore idem episcopus optime
vidit. ut pote qui erat sagacitate omnimodo
plenus. Iuxta quod apostolus docet Probate
spiritus si ex deo sint clandestina et manifesta
divini servicii observationis et assidua sacrae
scripturae in vigilationis facto. probavit hunc
quem susceperat peregrinum non esse vagum
sed stabilem verae fidei domesticum Unde et quasi
de suis familiariter alloquitur dicens. Hic
nota quomodo auxilio piligrini et marchi
comitis ab ottone imperatore in episcopum sit sublimatus
O quam felix ecclesia quae deo volente
sacerdote isto dotabitur. Huius necessarium valde
videtur mihi et utile ut huic famulo dei petam
regimen ecclesiae sponsae Christi. Quia optime convenit
ut ubi habundat bona voluntas perfectionis
etiam ab eius superna voluntate effectum concedatur fa
cultas. Bonum quippe quod hic vir seminare
voluit cordibus paganorum et salutis obsequio